istius hac nocte cōtrectare liceret cui callidus sodalis respondēs
inebriemus inquit eas vino. Quis scit si conuertant et admit=
tant. quod cū hactenus pro voluntate eis cessisset. Jamq; hos=
pes cū vxore et filia et ipsi duo studentes madidi in eodem cu=
biculo in quo tres dūtaxat erant lecti recipercnt apparebāt em̄
ingenui et morati iuuenes cōpleuerunt namq; vndecim libros
Aethicorū Erphurdie apud sanctū Gothardū auff dez Schilt
gen: et posteriorū apud Scotos. phisicorū auff dem sperlingß
berge. Noctu igitur surgēs alter qui iuuenculā amabat leniter
eius lectulū (sola nāq; iacebat) accedens camq; consolari vo=
lēs nullo discrimine facile ē admissus. Interim nescio quid stre
pitus in domo audiens vxor ebria ab ebrio marito consurgens
cupiebat videre quid esset. cū interim ille alter qui adhuc solus
dormiebat inuento dolo cunas in quibus infans apud marita
lem thalamū erat repositus ad suū lectū trahens ipsa redeunte
cepit mouere cunas infantis quod ipsa audiens strepitus cuna
rū secuta lectum adulteri sponte conscendit putans illic suū esse
maritū vbi cunas inuenisset. Jlle vero dissimulans dedolauit
vxorē alienā egregie et multis vicibus. illa insolitā viri potentiā
admirata inquit Eya mein lieber man wie seyt ir heynt so geyl
wurdē. ille nihil p̄ter tacere rndens ne vocis indicio ꝓderet sepi⁹
a principio rē repetijt. luce veroa ppropinquāte surgens ille qui
filiam stupr̄auerat ad lectū mariti puenit qm̄ sonus eius cunas
quaꝝ indicio ipse maritalē lectū cognouerat ad sese traxerat. cū
vero hospitē suū sociū esse credens gloriat cū hospitis filia se cō
cubuisse. hospes iam sobri⁹ factus dolū sentiens. Vxorē vocat
que itidē se apud adulteꝝ esse cognoscēs errorē cōfessa filiam de
stupro nō increpauit. maritoq; psuasit ne domesticā maculā ꝓ
palaret. Eius em̄ id om̄e culpa accidisse clamitabat. Jta fit nō
nūquā vt quod sobriꝰ ne cogitam⁹ quidē Ebriꝰ facile admitta
m⁹ multa sunt alia multoꝝ authorū hui⁹ rei testimonia Sed
paucis recensitis ꝓtentos vos esse credo quod nō solū ineptias
audire sed modū reb⁹ addere didicerit3 iccirco pono primū cor.

Germani rebus bellicis et omni vir tutū gñe Italis sūt nobiliores. cor. i.

Licet Itali singulari quodam Continentię titulo sese iactitent Germanis tñ nullī⁹ virtutis gloria pręfulgent.
Deridenť ab Italis Germani (vt audio) si quando apud eos existentes paulo intēperantius poti fuerint tanquā monstrū sic videre hominē vini potentia vel deceptum vel abusum Cū ipsi pro monstris non habeant grauissima quęqz et enormia vicia quorū ne noīa quidez ad nos vel certe ad maiores nostros per/ uenerūt teste Quintiliano qui in Declamationib⁹ Nihil inquit tale nouere. Germani et sanctius viuitur ad Oceanū. De quib⁹ aūt vicijs loquať omitto dicere. Natura comparatū esse testa tur Herodotus libro nono vt e mollibus regionib⁹ molles viri existant Neue ex eadem terra admirandę fruges et egregij bello viri gignātur Strabo li. 3. Geographię sic ait Id quod est in foelici regione pacificum omne est. et quod in tristi pugnax ac virile. Cęsar in Cōmentarijs Sueuoꝝ inquit est gēs lōge maxia et bellicosissima Germanorū oīm cōstat vo Suenos et Hessos z Suiceros steriles habitare terras z ob id bellatores ē acerrios Cornelius tacitus de situ moribusqz Germanoꝝ scribit littera rū secreta viri pariter et foemine ignorāt Atqui nostra ętate vť pueri ac simplices puellę doctius legunt et canunt tum sacra tū pphana quā prima ętas Italorū Adeo cōmutati sunt mores antiqui Atqz vtinā cū litteratura ab Italis non acceperint no/ strates populi Luxū Saxonicū. Bauaricā intemperantiā: frā corū insolentiā: Hessorū ferocitatē: Thuringorū ignauiam et in hospitalitatem: Mysienſiū superbiā: Pomeranorū et Silesita rū inurbanitatē. Boemorū Vestphalorū: Phrysonū et Pruthe norū mobilitatē et perfidiam. Rheni et Danubij quęstuarias artes et vafricias. atqz id genus pręstigiarū officiarūqz tedia. Sed alia consulto pretereo de quorum aliquo exclamat Celtis poeta natus in media Germania

Quam vereor ſerpat noſtros hic morbus in oras
Quãdoquidem luxus nos tenet Jtalicus
Et in alio Carmine ſic idem Poeta
Non ſolum noſtros Germanos Bacche fatigas
Hyſpanos: Gallos Jtalicosq; tenes
Vtq; ſtetit quondã Latia ille Triconchi⁹ aula
Sic hodie Jtalicis Ebria turba plagis
Quãuis nos turpi Germanos ſcõmate lędant
Ebria Teutonico pectora habere ſolo.
Taceo mille frauduz inpoſturarũq; genera: millenocendi artes mille libidinũ plus quã beſtialiũ artificia. Atq; hȳs ſeſe nobis preferunt: et digniores putant ipſi qui etiam ſobriȳ non verent facere quę Germani ne Ebri quidẽ vlla neceſſitate admittimus Rebus uero bellicis quãto clarior ſit noſtra Germania id multis eorum cladibus probatũ eſt. et argumento eſſe poteſt quod nos Jmperiũ quod ipſi molliter defluẽtes retinere nõ poterant abſtulim⁹. Jamq; ad Septingentos annos potẽter et glorioſe retinem⁹. De fide et integritate quid precor attinet dicere? cũ probatũ etiam Romanorũ ſcriptorũ teſtimonijs. nullam gentem fide Germanis antecellere. Et tñ ipſi nobis Ebrietatẽ obȳciũt merito quidẽ ſi non et ipſi maioribus implicarent vitiorũ ſentinis. Sed iam iſta negligo. Secundum ſcilicet Corollarium deducturus Quod eſt hmuſmodi.

De Septentrionalib⁹ Germanis q̃ Cereuiſia maxime vtuntur Corol. ȳ.

MAgis tamẽ deteſtanda eſt eorũ cõſuetudo qui verſus Septentrionalem plagam Germanię fines inhabitant
Non vino (quo niſi importato carent) ſed pernicioſo potu quẽ Cereuiſiam vocant abſq; vllo temperamẽto ſeſe ingurgitãt Germaniam olim fuiſſe tam agris quã vrbibus incultam et deſertaz Cornelius Tacitus eſt author: Quod ſi idem ſcriptor ab Eliſio parũper reuocatus Alpes tranſgreſſus ab Atheſi fluuio

per Oenum Danubiũ et vtramq; Rheni ripã vsq; ad Albim̃i progrederet diceret profecto longe esse aliam quã ipse olim descripserit. Non em̃ modo vrbibus: arcibus: villis et pagis ornatissimã: sed etiã frugũ om̃is generis tum metallorũ et optimi vini feracissimã offenderet in eo: quẽ dixi: progressu Quod si Albim quoq; superans ad Istulã vsq; (cuius vtramq; ripam Germani quoq; longe lateq; possidem⁹) ad Rigã vsq; potentissimã opulentissimamq; Liuonię vrbem (quę et tota nostrę est ditionis) pcederet fateretur eam quidẽ littoralẽ Germanię oram clarissimarũ vrbium aspectu longe magis illustrem et admirandã licet vini nõ adeo propter celi inclementiã feracem igit tota ista maritima Germanię pars lõge lateq; oceani Germanici littoribus et immensis sinum inflexibus excurrens vino prorsus caret. nisi a negociatoribus importetur Id aũt dumtaxat in ciuitatib⁹ maritimis magnoq; cõstat precio. Mos est igitur earũ regionũ cereuisiam (quod genus potionis Diodor⁹ Zithum appellat) coquere qua passim multo etiam peius quã superiores Germani vino inebriant Quã (vt omnibus vobis notum est) ex hordeo tritico aut etiam siligine adiuncto semp lupulo et aqua cõcoquũt Protẽtosus sane potionis genus tam quã non ad alium vsum natura parens hũano generi fruges dedisse videatur Exclamat Plyni⁹. li. decimoquarto. ca. vltio Heu mira viciorũ solertia inuentũ est quẽadmodũ aqua quoq; inebriaret. Fit aũt hic potus modis pluribus: noibusq; item et item alijs ratione tamẽ eadem vbiq; Retulit michi nuper amicus quidã mihi valde familiaris quiq; et bonam istius maritimę Germanię partẽ plustrauerit morẽ esse in Liuonia vt quoties preter quottidianũ cõuiuiorum vsum curiales isti aulici leues et peruersi homines (quorũ ibi propter teutonicã militiam magna copia) cum alijs quoq; et quocũq; loco cõueniant ibi tum considere longo ordine p sedilia quasi in Hemiciclo. afferriq; mox poculus vnum ingentis magnitudinis idq; cereuisia plenum in manu tenens qui in consessu primus est ad sequentẽ conuersus inquit . Et gylt myn leue stalbroer Respondet ille. Sup myn leue stalbroer ick wylt gerne hefen . Quod si ita re-

ſpondens poſtea tergiuerſari voluerit ab illo eodē mox ſtricto pugione (quos in eum vſum gerunt) plerumq; etiam impune confodit tanta eſt viciorum apud eos; hommes reuerentia vt fidem in re turpi violatam morte puniant Itaq; (vt ad propoſitum redeam) eum ordinem vſq; ad vltimū cōtinuantes a primo iterum atq; iterum tum ſepe repetito ordine incipiunt. fieriq; eo modo aiunt vt pleriq; fidem fallere nō volentes plus etiam quā eorum natura ſufferre queat haurientes animā inter pocula euomant efferriq; ſepe mortuos. Reliquos vero non minus ſuum ordinem vſq; ad vnum cōtinuare gloriariq; ſuper mortui cadauere. non ſecus ac ſi egregium aliquod facimus p egerint Ex Liuonia digreſſis in Pruſſia occurrit mitior quidem et multo humanior populus ad conuiuiorum tamen luxum et poculorum viciſſitudinem multo quam decere poſſit propenſior Apud eum populum Dantiſcum ciuitas maritima diues Emporiū: populorum multitudine: externatum rerum importatione: negociatorū frequētia: Vrbis et loci amoenitate: ſituq; et ciuium mira humanitate preter alias eius regionis ciuitates maxime cōmendatur Sed vnum oblitus ſum. Neq;. n. ego vrbem cōmendare volui ſed Cereuiſiam que ibi coquitur optima totius (vt aiunt) Germanię. Mos eſt non ſolum eius ciuitatis ſed totius iſtius maritimi tractus ad Lubecum vſq; 7 Hamburgum (vbi non minus optima fit Cereuiſia ſed ex tritico nō vt apd̄ Dantiſcū ex hordeo) cōuiuia ſubterraneis criptis celebrare ac diu noctuq; poculis ſeſe inuicem vrgere Non ſolum viris ſed et foeminis etiā. Sed quid hec referam dolor eſt meminiſſe bonorū Sed pro me melius vobis Celtis noſter ſatiſſaciet Qui interfuit tantis delicijs Sic enim inquit

Eſt mos Arctoo quo ſe Germania claudit
Aequore. Quo rigidum temperat aura gelu
Sub terra effoſſis facimus conuiuia cellis
Quis laridum crudum: farſaq; cruda damus

Cum strumulo ceso:butyroqz in piride salso
Et Bacchum:et Cereris pocula aquosa bamus
Phoebeus roqidas globus vt se condit in vndas
Norqz suos oculos protulit igniuomos
Cumqz processerunt stellati sydera mundi
Effulsitqz suo iam Cynosura polo
Nox noctem ludis Baccho:Cereisqz liquore
Ducimus:equali et pocula lance volant. Et paulo post
Jamqz fuit ventum sub subterranea castra
Que Ceres et Bacchus:Cypris et alma tenent
Elysijs positum campis me forte putabam
Atqz locis quibus in turba sepulta sedet
Tam varios video lusus:et ludicra verba
Oscula et amplexus:Quicquid et audet amans
Jamqz ego non noctes tenebrosas ire putabam
Sed qui vernali ridet in axe Dies
Gaudet amor tenebris volat et sub nocte cupido
Norqz placet Veneri Bacchoqz blande tibi

Super hoc quedam facetie

Moris aūt est vt Cucullati in istas cauernas tam foemine qz viri ingrediantur ne passim et a plebea multitudine agnoscant Jngressi vero omne velamentū abijciunt Jbi tum in medijs voluptatib⁹ nepotātes iure scz naturali Nach d alten weyße Secundū legem Tu quoqz fac simile. Et secundū Medicos vt dicit Harpocrates de cōmixione complexionū Re: piperis longi manipulū vnum vncias duas pillularū cochiarum vngekocht fleddermeuß ripß rapß stobenrauch hymelblo ij donner ex grillorum adhuc semel senff merretich guty ex eodem schornsteyn fegen diagridion diatesseron ein hinder viertel von d viemeydt ym grossen spytal.misce simul et contere in mortario repetatur mane et sero:media nocte et in omi tempore Et in sacris litteris Osculetur me osculo oris sui:canticorum i lena eius sub capite meo et dextera eius amplexabit me. Textus intelligendus est vt Hba sonant secundū Lolhardū Rubschnytzel de fyltzēhaußen

In ſua Authentica. ca. Non ſic formant. ¶ grossitudo vbi fyl
tzitaſti Et ſecundū Logicos plura p̄dicata predicant de eodem
ſubiecto alternatim et ſubalternatim ſecundū ſub et ſupra in
recta linea p̄dicamentali. In ſuppoſitiōe pſonali Et ī materia
mixta Alexander vero dei patientia Rex puincię Barbaroꝝ
ſic dicit in ſuis cōſtitutionibus Eſt cois homo pariter cū vir
gine latro. vbi dicit gloſa notabilis Sciendū quod hic author
ponit vnum pulchrū notabile de cōitate perſonarū Et hęc eſt
ſnia recte Teutonizata Latro der pfaffen knecht cū virgine mit
der köchyn eſt cōis homo iſt eyn recht par zuſam̃en. pariter an
allen orten Et ſupple intellige implicite in ſtabulo: in cellario:
in coquina: in camera quādo ſcz lectū faciunt Sed iā temp⁹ eſt
Tertium huic Concluſioni adde Corollarium.

De diuerſis Cereuſiae noibus cor. 3.

Cū igit vſus ſeptentrionē maior ſit Cereuiſię q̄z vini affluētia.
Diuerſa eadē res ſortit noia ſm̄ diuerſitatē q̄litatū ſibi ꝯgruētia
Probatū eſt ſuperiori Corollario maiorē eſſe Cereuiſię quā vini
copiā apud Septentrionales populos hoc eſt partim in Sar
matia cuius partes ſunt Polonia: Ruſſia: Lituania: Liuonia:
Mazouia: Pruſſia partim in vlteriori citeriorique Saxonia: cui⁹
ptes ſunt Pomerania Rugia: Ducat⁹ Stetinēſis: Marchia ſu
perior et inferior: Et vera illa nobiliſſimorūq̄ ducum et impera
toꝝ parēs antiqua Saxonia quę longe lateq̄ patens maximā
oręq̄ maritimę ptem occupat. In quib⁹ regionib⁹ (vt dixi) vi
nū non naſcit bibitur aūt nihilomin⁹ importatū optimū. ſed
predominat Cerviſia craſſus ille et hūano corpi nori⁹ humor.
quē (vt credere par eſt) Dęmon aliquis malus excogitauit in
hoim perniciē vt eo nō ſec⁹ ac veneno quodā peſtifero pleraq̄
clariſſima Ingenia extingueret. Non tn̄ perinde atq̄ oñino
imp̄banda res ſi mod⁹ (quod et de vino dixi) adhiberet Sed
optia illa virtus Tēperantia: quā et in brutis plerūq̄ agnoſci
mus. ad nos nō venit Etem̄ vt recte dixit Celtis noſter. quem
hyſce de rebus libenter ſepe Allego

Taurus habet certas potandi tempore leges
Sic equus. et liquidus quem vehit aer auis

Sed nos diuina qui cum ratione vigemus
Cur venus et Bacchus nocte dieq; tenent
Nos vero non cõtenti rebus ipsis turpiter abuti noĩbus quoq;
luxuriam⁹ tanq; parum sit rem turpẽ agere nisi nomen quoq;
turpitudinis adiiciat Quamuis (fortasse) turpe non sit rem
suo vocabulo exprimere. alienas tñ ab re ipsa voces fingim⁹ vt
sc; semp quidẽ Cereuisiaz bibentes videamur tñ diuersa velut
gña diuersis noĩbus explicare Quãuis ridicula potius illa quã
censoria nota digna Quod Erphurdiẽses (vt a nobis incipiã)
suam illam pinguẽ et crassam Cereuisiaz peculiari vocabulo
Schluntz appellitãt noie sc; plane barbaro et horrido. quod
ne barbari quidẽ intelligũt puto eo mysterio quod candẽ auidi⁹
potantes fiunt oĩno non intelligibiles: insensati ne dicam irra-
tionales. atq; indeclinabiles in quamcũq; partẽ moueas. Qua
in re quid opus est testimonio: Res notior est quã vt oporteat
testes pducere De Cereuisia Erphurdiẽsi tale extat Epigrãma
Ah pereat crassam prẽstat quicũq; sodali
Schluntz Kydegern. nunquã vina meraca bibat
Lypsensiũ vero Cereuisiã. Studẽtes vocãt rastrũ. metaphora
puto sumpta ab agricolis qõ quẽadmodũ hỹ rastris et sarcu-
lis et ligonibus oẽm agri duriciã verrũt et emolliunt ita Lypsen
sis Cereuisia velut rastrũ intestina omĩa sua acetositate ledit:
mouet: et corrũpit Est aũt triplex de quo talis est versus Eyn
topff scherpentũ zwen rastrũ: spanq; cauentũ Nihilomin⁹ tñ
in tã nobili oppido externẽ quoq; habẽt cereuisiẽ vt sunt Eyn
beccẽsis quẽ apud nos est optima: Numbergẽsis quẽ oculos
lędit: Turgauiensis Belgerancnsis De qua puerbium est Bel
gerana est omĩbus sana: Vorcellensis: Friburgensis. et reliquẽ
id genus. Preterea quis non nouit Saxonicas quoq; cereuisias
diuersis appellari noĩbus fyltz sc; Madeburgensez; Mõmom
siue momũ Brunswigensez Gauße Goslariensez Sed prestat
alia preterire silentio. ne de re nihili aliquid facere velle videar
cũ sint tot pene Cereuisiarũ quot ciuitatũ et oppidorũ noĩa in
quibus et talia quãdoq; audiui ridicula Quytschartb: küsch-
wãtz: kelberzagel: buffel apud Frãcophurdianos ad ripã oderẽ
stafeling: Beyderwan: schlipschlap: fytscherling: stampff yn
die aschen. Stortz den kerl: batzman: hotenbach: gulckelßhan
Sperpype: horlemotsche: stroheyntzgẽ: bastart: Rupetop: hel-

schepoff:lorch:itar:salat:streckepertzel:fertzer:Kolings byer
Raßeman:alde klauß:koervinck:kreßem:mortboiner:Reyße
kopff:fidelia:loetenaße:hartenacke:breypott:Muckensenff Et
multa talia quę quis enumerabit? Noia p deū Muscarū quā
uis plane ridicula tñ bibonib⁹:imo bironibus et birolatronib⁹
istis adeo amabilia:adeo auditu iucunda vt quoties taliū quid
piā nominetur meras Syrenas sese audire putent:et iam tum
ad ipsas voces sitiant Vey vt aliqñ finē inceptiēdi faciā Cōclu
sionē tertiā et vltimā hui⁹ Quęstionis responsiuā sic pono.

Ebrietatē oīb⁹ statib⁹ ee fugiēdā. c. 3.

Ebrietas Auaricia peius vicium: Juuentuti perniciosa: senectu
ti exicialis: Sacerdotibus turpissima censenda
Vt Rempublicam gubernantibus prorsus euitanda. Jta litte
ray studiosis tanqz ingenij pestis: et memorię mors est fugiēda
Non putabaz necessariū vt oñia quę in capite Quęstionis po
sita sunt in hac vltima cōclusione repeterē Quādoquidē de hijs
in supioribus cōclusionibus et corollarijs satis dictū est Et hic
velut Epilogo quodā dicet quod in p̄cedentibus nō vbiqz ad
verbū est expressum Jtaqz ad pbandā primā hui⁹ Cōclusiōis
ptē resumo vba diui Hieronimi supius etiā Cor. z. prime cōclu
siōis a me posita. Jlla scz sponsa cristi vinū fugiat p veneno
hęc aduersus adolescentiā pria arma sūt Dęmonū Nō sic Ava
ricia q̄rit: inflat supbia et que sequūt Nō sic inflat supbia dicit
Quēadmodū scz vinū imodice sumptū puertit oēm vitę ordinē
et instruit ad alia vicia: viamqz turpidini aperit. Jn quā sniaz
mkta q̄dē loco p̄mēorato dctā hic repetāt nos ad alia festinā⁹.

Juuentuti perniciosaz et magis quā

rem Veneream obesse Ebrietatem

Juuentuti nihil ē Ebrietate pniciosius quādoquidē ipsa se sola
nō cōtenta semp ad peiora declinat et trahit occupatū vino et
illecebris captū aim Videm⁹ multos ętate florentes: formosos
et amabilissimi coloris existentes mox vbi cōtinētię fines egessi
vicijsqz parūp assuefacti Ebrietatis Jsuetudie induūt defluere
emarcessere: elanguere florē illū ętatis: et animi virorē amittere.

Quid adhuc egemus testib⁹? Cōsiderate si vultis quos dā in hoc
Auditorio nō ānis graues: nō tempoꝝ serie rugosos: nō inedia
pallidos: nō febre macilētos Sed vino: sed Cerevisia supra mo
dū pota senes languidos: tremulos. Nulla maior pestis erepsit
vnq̄z in nostrā Germaniā: facile erat tolerare Tyrānos. cedes:
latrocinia: istis occurrere: et remedia cum tpe inuenire potumus
Hanc curare luem nulla medela potest. Hūc hostem in nostris
finibus adeo supbe grassantē vincere aut phibere nullo modo
possumus Quō elanguit robur et virtus oīs milicię: Quō cō
uersa est in luxū frugalitas nostra? Quō degenerām⁹ a pribus
nostris? Maiores nostri sanguīe et sudore suo pepercrūt nobis
princeps terrarū imperiū. quō nos laborem patrū nostrorū nō
defendim⁹? quō diripi pmittimus: Aquilę ad Gruem redierunt
dixit Cāpanus cū vidisset magis i cōpotationib⁹ et ebrietatib⁹
quā cōsilio et sapia versari Dietas Germanorū quaꝝ ipse ma-
xime Ratispōnensi sęz interfuit Hānibal apud Capuā cū vin-
cere rhomanos: et imperiū Europę in Aphricā transferre po-
tuisset luxuria et delicijs defluēs victus et fugatus est Alexand⁹
magnus non solū nobilissimā persarū Regiā in Ebrietatē incē
dit: sed et Clitū et mltos alios amicorū interfecit oēmq̄z partaꝝ
victoriarū gloriaz ebrietatis vicio velut nebula quadā Solē cla
rissimū obfuscauit. Tiberi⁹ Nero: Heliogabal⁹: Cōmod⁹ Domi
cian⁹ et plericz alij Rhomanorū Impatores pditissimis vitę
crēplis Rēpub: sepe afflixerūt Nos q̄d ex tāto īperio relictū et
maiorū nostroꝝ virtute ad nos delatū est etiā egre nō retinem⁹
ad vicia magis quā ad vtutes ingenioſi: Quid em̄ isto nouitio
nostro Inuēto tormēti sęz illius (quod Bombardā vocam⁹) ex
cogitari potuit vel ingeniosius vel pniciosius. q̄ velut vicinū
ppugnaculo vitimur dum in vrib⁹ muro et aggerib⁹ cinctis
eo hostem arcem⁹ ne voluptariā et quietā vitam impediat Ad
hostes vero egressi eo viā p agmina et muros facim⁹ vt liceat
sine cōflictu quā maxima nōnunquā bella cōficere. ne sęz co:pa
ad voluptatē ⁊ delicias nata temere piculis obijciam⁹ At non
sic maiores nostri qui etiā (vt ē apō tacitū) ciuitates munitas
aliqn̄ dicunt aperuisse murosq̄z dcieciſſe ne eēnt sine metu hostiū

Et mutorū potius quā sue fortitudi[illegible] cōuenientes bellicam vir-
tutē amitterēt. Sed ne declamare vide[illegible] trāscursu reuer
tor ad ꝓpositum. rem venereā tametsi o[illegible]etate turpis est e
pniciosissima: non tamen pinde ac ebrietatē in adolescente dam
nauerim. Ea em̄ plerūq; se sola cōtenta reliqua excludit [illegible]
Adeoq; secum occupata semp suis ludibriis ita est intēta vt [illegible]
reliquis nihil cogitet amor em̄ ille qui nōnunq;.iuueniles animos
inuadere etiā incautos solet nō adeo precipitat ętatem. et vitę re
gulā. sed potius instruit: informat: mores docet: cōponit sese ad
beniuolentiā q̄ amat vt fiat amabil'. Videte Cimonē Boccacij
qui ex fatuo sapiens: ex rudi doctus ex rustico urban⁹: ex agresti
ciuilis solo amoris bñficio fact⁹ est Nō placet aūt circa hāc rē
laudādā ꝯsistere q̄d suapte natura iuuentūs ingenia: ad eā ferant

Turpissimū esse i sacerdote ebrietatē

Quā turpis sacerdotib⁹ sit Ebrietas diuus Hieronim⁹ aperte
docet vt habet in Decretis Canonicis distin. xxxv. hijs verbis
Ecclesię principes qui delicijs affluūt et inter epulas atq; lasci
uias pudicicią seruare se credūt ꝓphetic⁹ sermo describit quod
ejciendi sunt de spatiosis domib⁹ lautisq; cōuiuijs et multo la
bore epulis cōquisitis Et si vis scire quo ejciendi sint propter
malas cogitatiōes et opa sua Euangeliū lege. in tenebras scz ex
teriores vbi erit fletus et stridor dentiū An nō ꝯfusio et ignomi
nia est iesum crucifixū pauperē et esurientez falsis p̄dicare corpo
rib⁹: et ieiuniorū doctrinā rubentes buccas tumētiaq; ora pro-
ferre. Vinolentiā sacerdotū Aplūs ad Corinthios scribēs dam
nat. ca. v. hijs verbis Nolite (in quit) inebriari vino in quo est
luxuria sed implemī spū sancto loquētes vobismetipsis in psal
mis. Hinc dñs in veteri instrumento vt habetur Leuitici. x. ad
Aaron loquut⁹ in hunc modū Vinū et om̄e quod inebriare pōt
non bibetis tu et filij tui quādo intrabitis in tabernaculū testi-
monij ne moriamini Et numeri. 6. ca. habet eadē snīa. Multis
alijs in locis sacrarū litterarū tum etiā multo plura in sacris ca
nonib⁹ dist. xliij p totū. Que ne cuncta diligenti⁹ quā meā pro
fessionē decz rimari videar audite queso Tibullū poetā dicentē.

Casta placent superis pura cum veste venite
Et manibus puris de iumite fontis aquam
Vos quoq; hesterno procul iubeo et discedere ab aris
Quis furit hesterna gaudia nocte Venus
Nuntiauit mihi nup quoq; Eobanus hessus noster versus
quos in eandem sententiã lusisse se aiebat hijs verbis
Ah scelus est satianda cibo potuq; Deorum
Immodice poto polluere ora mero
Ebria Christophagi vitent cõuiuia mystę
Sancta prophanatas non amat ara manus
Sit procul omne nefas venerandi a limine templi
Pollutum sacras lex iacit ante fores
Pura deo castus persoluat liba Sacerdos
Cui neq; sit Bacchus nec mala nota Venus
De huiusmodi quoq; ebriosis Sacerdotibus non ineleganter
scripsisse mihi videtur Euricius Cordus in Buco:ludicro sic
Non ego qui sancta se relligione gubernant
Denigro. Sed prauam quorundã mordeo vitam
Qui veteris potius famuli esse videntur Jacchi
Qui tanq; sicca fuerint a Dypsade morsi
Omnigena in vastam demergunt vina Charibdim
Continuaq; iacent madidi Ebrietate sileni.
Huc etiã pertinet illud quod Esaię. v. ca. scribitur Ve qui con-
surgitis mane ad Ebrietatẽ sectandã et potandũ vsq; ad vespe
rã vt vino ęstuetis Cythara:et lyra:et tympanũ: et tybia:et vi
nũ in cõuiuijs vestris et opus domini non respicitis nec opera
manuũ eius cõsideratis Et statim subdit Ve qui potẽtes estis
ad bibendũ vinum et viri fortes ad miscendã Ebrietatez. Sed
nescio an et illud nostri Celtis in hanc rem cõueniat. Sed con-
uenit Addam igitur
Nulla sacerdotum luxu nunc casta puella est
Causaq; criminibus sunt sacra templa malis
Nam plures totum non congrederent in annum
Illis colloquiũ dat modo sacra domus
Hac tractant foedas turpi cum murmure merces
Ceu solet in medio turba prophana foro. Et quę sequunt

Sed quod nūc instat agamus Ne veritatis patrocinio inuidiā mihi cōparem eorum quibus est veritate nihil magis inuisum Hinc igitur ex templis ad forum venio

Cauendā Ebrietatē gerentibꝰ remp.

Rempublicā administrantibꝰ Ebrietas pcipue fugiēda est Nō secus ac rerum gerendarū impedimentū presentissimū Nō em̄ admittendi sunt iuxta Platonis edictū in reipublicę administratiōez quicūqꝫ eluuioni et voluptatibꝰ deditā vitā agunt Quod hīj tum ad consulendū tum ad res gerēdas sunt maxime inepti Vinū em̄ imodice sumptū grauat et obruit om̄es vires ingenij Et vt Campanꝰ inquit in libro de regendo magistratu corpus eneruat: fluctuat animꝰ voluptatū cupiditatibꝰ incensus explē darūqꝫ libidinū quarū origo est om̄is a ventre: et est pestifera ciuitati: Dignitate em̄ abiecta et cōtempta republica vniꝰ principis intemperātia tota in licentiā luxūqꝫ dissoluit preclare igit Solon Atheniēsis Legem tulit quę iubebat temulentū pricipē morte esse multandū cum satius sit vnuꝫ hoīem in Republica perire quā in vno viro foedari rēpub: Et ne dicere nimis multa in eam sententiā videar vela cōtraham Atqꝫ de hīs dicam quę magis ad nostrum institutum pertinent

Litteraꝫ studiosis Ebrietatē tanquā hostem precipuū esse fugiendam.

Litterarū studiosi passim hoc tpe cōmuni Ebrietatis vicio laborant quo malo equidē nō video quid bonis ingenijs sit periculosius cū eo non solum corpis vires. sed et ingenij viuacitas animiqꝫ vigor om̄is extinguat. et nō secus ac cicuta contactus animꝰ infrigescat: fiatqꝫ multo quam natura fuerat remissior. Marsilius Ficinus inter quīqꝫ studiosorū hostes secūdo loco nō solum vini sed et cibi satietatē enumerat hīs quidē vsus verbis Quippe si vinū vel nimiū vel nimis caliduꝫ vehemensqꝫ fuerit caput ipsum humoribꝰ pessimisqꝫ fumis implebit Mitto quod insanos facit Ebrietas Cibus vero nimiꝰ primo quidē ad Stomachū in ipso coquendo oēm naturę vim reuocat Quo fit vt capiti simul speculationiqꝫ intendere nequeat Deinde inepte co/

et⁹ multis et craſſis vaporib⁹ humoribuſq; mẽtis acie obtẽdit
Quinetiã ſi ſatis coquaꝫ tum (vt Galen⁹ ait) anim⁹ adipe et
ſanguine ſuffocatus celeſte aliquid prudere non poteſt. Quę cũ
ita ſint vt certe ſunt fugiẽda cuilibet ſtudioſo nõ ſolum vini ſed
et cibi intemperantiã quis non videt? Probandaq; eſt laudabi
lis illa maiorũ noſtrorũ inſtitutio quę iuxta rectã cõtinentie re⸗
gulam ſanxiſſe videꝫ vt ſimplici potu et cibo viuerent quicũq;
in hac Erphurdienſi Academia litterarũ agere militiã cõſtitu⸗
iſſent De qua re cum ſint pene infinita quę dici poſſent. ſponte
mihi tẽpero. ad finẽq; deſcendo. Si pri⁹ hoc velut Cor: adiecero

Primũ eſſe i ſacerdote ebri: aua: cor: i.

In ſacerdote vero tametſi frequẽs Ebrietas res eſt turpiſſima
Auaritia tñ quo ad ęternã beatitudinẽ ꝓſequẽ: eſt lõge peſſima
Dixi Ebrietatẽ cũ oñi ſtatui tñ maxime in ſacris ordinib⁹ cõſti
tutis fugiendã Reſtant dicẽda pauca quędã de inſaciabili quo
rundã Auaricia Quo vicio paſſim hoc tpe multos in oñi vitę
gñe admodũ infoeliciter videmus occupari. Maxime tñ in illis
qui ſacris altarib⁹ miniſtrant id vicij deteſtandũ videtur cum
eo magis a peccatis ipſi abeſſe debeãt quo ſunt virtutib⁹ et re⸗
ligioni ꝑ ſacerdotalis vitę ꝓfeſſionẽ proximiores. Quod cum a
non parũ multis negligi videamus atq; adeo paucis obſeruari
id quod in ſacris Canonibus ſcribit. 1. q. i. Cito (inquit diuus
Ambroſius) turpẽ ſequit lepra mercedẽ et pecunia male quęſita
corpus aiamq; cõmaculat. nõ placet mihi circa hunc locũ con
ſiſtere ne ſolus mederi velle videar huic morbo qui tot ſęculis
etiã cõtra ſanctoꝝ patrũ cõſtitutiones et edicta inualuit Etẽ
cauenduꝫ nobis eſt ne dum veritatẽ nimis ſimpliciter et abſq;
fuco ꝓfitemur ab hijs quibus cõtradicere nefas eſt mendacij
arguamur. Dicerent eñ ſtatim poetã me eſſe (a quo tñ ſemper
longiſſime abfui) atq; ideo mẽtiri. qm̃ ꝑſuaſum habẽt ad men
dacia dũtaxat natos poetas frequẽterq; illud obijciũt Multa
mentiunt poetę Et ꝓterea malos criſtianos vocãt. ſed nõ ſolos
poetas habẽt eñ hoc Germanicũ ſemp in prõptu ꝗd obijciãt.
Koller Zoller fergen ſchergen Ertzt Poeten vnd Juriſten
Das ſeyn ſyben böſſer chriſten

Egregiū sane dicteriū quod nō solum poetas: sed et Medicos et iureconsultos in rationario prophanoꝝ adscribit Sed et nō min⁹ illud verū Egregiū sane dictū Keyserßbergij nobilissimi istius Argentinēsis Concionatoris Vorzeyten waren guldenn priester vnd holtzen kelch Nw seyn die priester holtzen vnd die kelch gulden Bonos tñ hic et vbiqꝫ semp excipio. Illis siquidē debetur honor et reuerentia De malis loquor qui suę dignitatis obliti recte viuendi regulam negligunt. Et nullo nō sunt hellu one ignauiores De quibus hoc p̄clare dictū puto quod scriptū inuenit in Institutionib⁹ prauis De Abusiōe clericoꝝ.ca. secre⁄ to ¶ post parietem do der sew zynßs fallen. Sed tñ extra iocū doctissimus vir Bebeli⁹ adnotauit hanc facecia in hūc modū Audi quid spectat ad hos qui bonum vult esse sacerdos
Alta prece lege cum vadis per ciuitate
Curre p ecclesie: lachrymare: percute pecte
Et genua flecte: longissima missa lege
Habe pelle trite si vis implere burse
Esto pontifices papa sacerdos et omnes
Expede mille statim. fac cito redire
Murmure non cure: mitto vade quomodo vade
Fer manice burse pome coclear quoqꝫ pire
Da puere parue tunc mater dat tibi magne
Et reliqua Omelia Beati Joānis Monasteriū de eadē lectiōe fratres Auarissimi Deus ebrioꝝ maloꝝ rusticoꝝ: Auarorum presbiteroꝝ: monachoꝝ: Abbatoꝝ: prioꝝ: fratroꝝ et alioꝝꝫ quoꝝcūqꝫ statoꝝ: secularioꝝ: spūalioꝝ: regoꝝ: ducoꝝ: princi poꝝ: ciuioꝝ: ciuitatoꝝ: villoꝝ castroꝝ puincioꝝ: dominoꝝ Amicoꝝ nostroꝝ dilectissimissimoꝝ: et ceteroꝝ Solutā i domū sempiternū: fratres leccatissimi. Scriptū ē quod hodiernū dieꝝ lerim⁹ in phemio tēpli ad matutinas quę legunt in scdis nup tijs. Viri galilei Jr vngetrewē frantzosen. quid admiramini was lat ir euch beduncke: aspiciētes in cęlū meint ir das ir vns teu tsche veriagen wöllet Alleluia got geb euch sanct Vrbans plag. vt ambuletis p vias rectas das ir all myt der naßen yn dreck must vallen Tu aūt schossel korb leffelbreth lieber here.

Magistratib⁹ fugiendā Auariciam

Quid vero de magistratuū Auaritia attinet dicere cū ea plerūq; clarissimas res affligat et pessumdet Rerum aūt oīm (inquit Campan⁹) nescio an turpissima sit Auaricia in Magistratu quę et odium parit et maximas solet importare calamitates et detrimenta gignit et puersam opinionē integritatis Cicero off. 2⁰ sic dicit Caput est in omni ꝓcuratione negocij et muneris publici vt Auaritię pellatur etiā minima suspicio Et post pauca Nullū inquit vicīū tetri⁹ quā Auaricia presertim in principibus et Rempub:gubernantib⁹ habere cū quęstui Rempb: nō modo turpe ē sed sceleratū etiā et nefariū Itaq; quod Apollo pythius Oraculo edidit Spartā nulla re alia nisi Auaricia esse periturā Id videt non solum Lacedęmonijs sed et omnibus opulentis populis predixisse Verum eūuero iāudū instituti ratio postulare videtnr vt Coronidē velut naui ex longa nauigatione defessę imponamus Quod profecto faciemus postq; vnum id postremo loco adiecerimus.

Predictorū parenesis Cor. ij. et vltim

Discant igitur boni et ingenui iuuenes qui ex litterarum scientia querūt gloriam. Vitare Ebrietatē que ingeniū:corpus:et fortunas male solet afficere.nedum memoriam

Addaz hoc postremo loco Verba Plynij ex naturali hyst. li. 14 ca. vlt. Ita (inquit) vina ex libidine hauriunt.atq; etiā pmio inuitat Ebrietas Atq; si Dijs placet emitur alius vt vel quātū biberit tantū edat et preciū violentie lege accipit ali⁹ quantū alea quesierit tm̄ bibit. Tunc Auidi matronam oculi licentur: tūc graui ꝓduntur marito: tūc animi secreta ꝓferuntur. Alij testamenta sua nūcupant. Alij mortifera loquunt rediturasq; p iugulum voces non cōtinent q̄z multis ita interemptis Vilgo veritas iā attributa vino est Interea vt optime cadat solez orientē nō vidēt:ac min⁹ diu viuūt Hic pallor et genę pendulę: oculoꝝ vlcera:tremulę manus. effundētes plena vasa Et quę sit pęna presens furiales somni et inquies nocturna: pręmiūq; summū ebrietatis libido portētosa: ac iucundū nefas. postera

die ex ore halit⁹ fetidi: ac fere rex oim obliuio. Morsq memorie
Hec ply. Sed et illud considerandū nō minus est Quod vgilio
quidā attribuunt. Sapienter autem dictū cuiuscūq illud sit
Nec veneris nec tu vini capiaris Amore
Vno namq modo vina venus q nocent
Perdidit horrendo Troiam Venus improbo bello
Et Lapithas bello perdis Jacche graui.
Agite igitur Optimi litterarū candidati hec et talia multa cōn/
siderātes renūciate illorū sodalitati qui p tabernas circūquaq
puagantes Juuentutis sine florē adeo venenalē habent vt nulli
nō pessimis crapulationib⁹ absumendū pstituant Capiat vos
bonorū familiaritas que cū vtilitati tum etiā honori vobis esse
possit Cū illis cōuersamini quox cōsuetudine doctiores melio/
resq fieri poteritis. Illud Psalmographi semp in ore habētes
Cū sancto sanctus eris et cū peruerse puerteris. Et illud poeti/
cū Quod citat diuus Paulus Corrūpant mores bonos collo/
quia praua Seductores Juuētutis vestre nō sec⁹ ac pestē quā
daz mortiferā fugite Bonos duces amplectimi Quod pfecto
facietis si p̄ceptorib⁹ vestris obedientes bonis litteris bonā da
bitis operā Et ebrietatē oēmq nimiū luxum et Asociam vitę
anersabimini Vt vita innocentes p virtutū operationē finem
illū bonorū oim pfectissimū quē in hoc sollicito labilis vitę cur
su querim⁹ foeliciter tandem attingatis. Cui est honor et gloria
Dixi.

Conclusio

Hęc sunt hūanissime Dñe Quodlibetarie que ex vestre excellen/
tię mandato ad quęstionis mihi assignatę enodationē afferre
potui Jn quibus si quędā min⁹ ornata minusq ad oim aures
facientia a me prolata sunt Velim vobiscū cōsideretis et breue
fuisse tempus quo ad id muneris subeundū perfectus sum. Et
voluisse imo oportuisse me huius actus cōsuetudini inseruire.
Vt scilicet apud maxime sapiētes maxime delyrarem Et qua
si temporaneū fatuum agerem Quem si non egregie represen-
taui Jn causa fuisse putabitis vestram negligentiam et inhūa
nitatē qui tam multa dicenti de vino vinū bibere nō dedistis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493742-p0042-6

[illegible]

mandatiticum. Ex pinali teodori
Si cabilis vel codicibus sorte futura
non sunt inquirenda aut nullus in psal
tio vel eo vel in aliis cebus sortiri pre
sumat. Ex brocardi libro. xii.

[illegible]

[illegible] I de
crimina [illegible] gregorii indiscussa
nullo modo [illegible] et se accusat cum
accusatore [illegible] gratiam. Ly
ui noruicensi. c.

[illegible]

facinoris. xix. d. in memoriam. l. d. [illegible]
de terreri. ii. q. v. quapropter

donec. qua pena puniendi sunt flatii in quere
j. e. t. c. i. l. iii.

In talibus sorte. propter aliquod occultum investigandum sortes prohibere non licet. — v. lxi. et xxvi. q. ii.
illud. et q. v. sortes pervenit. Sed propter dissensiones et lites dirimendas licet. — vt. xxvi. q. ii. sors
ii. ff. de iud. Sed cum ambo ff. famil. hrc. si que sunt. euuangelio. quod non excusat. — v. xxxiii. q.
ii. si quis vnius

mere — licet alite recedere

iure spirituali nunquam — v. s. de decimis intellectum. — j. de trans.
tinctione ibi posita. vel autem incriminali vel autem eruista cum vult
abolitione indulgere — v. c. de abol. in. et ii. q. iii. si quis [illegible]
mixta. s. cum vir excusat uxorem ad divortium potest desiste
tus — j. de clan. despon. ex litteris. l. ii. perscrutari. xxviii. d.

Crimina. et c. gregorii. c. est gregorii et loquitur de primo gregorio
pretiebat. ii. q. iii. ecce. t. [illegible] notandum lxxxvi. d.

[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493742-p0043-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493742-p0044-7

erib' Ebrioſoꝝ. et Ebrietatē

Vitanda.

rū et Vrbanitatis plena no minus quam pul⸗
norū Scriptorū floſculis referta. In Conclu⸗
beti Erphurdienſis Anno Chriſti. M. D. xv.
Equinoctiū Scholaſtico more explicata.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493742-p0045-3